



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 74. Congregationum Romanorum decisiones, & decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. adhuc ingruerent, se ærumnas & quas.  
A. C. 1716. cunque angustias Episcopali robore sub-  
ire paratum se professus fuerit: nec re-  
missius die vigesima Decembris Josephi  
Grassensis Episcopi obsequium & obe-  
dientiam erga Constitutionem commen-  
dabat, eique transumptum mittebat  
Epistolæ ad Galliæ Episcopos, & sen-  
tentiae contra Parisinam Facultatem  
latæ. Cum autem Calvinistæ in Pago  
Frehen Juliensis ditionis Templum pro-  
fusæ sectæ exercitio erigere molirentur,  
Pontifex die decima quarta Novembris  
Clementem Coloniensem Archiepisco-  
pum & Carolum Electorem Palatinum  
enixe hortabatur, ut eorum conatibus  
fortiter oblistere pergerent: Demum  
annuente Pontifice Joannes Francicus  
Barbarigo Brixensis Episcopus Acade-  
miam fundavit Ecclesiasticam, in qua  
statis horis & diebus discursus de Theo-  
logia & de Historia Ecclesiastica tractan-  
tes instituerentur.

### §. LXXIV.

#### *Congregationum decisiones & decreta.*

*Bull. magn.* Occurrentibus etiam variis dubiis  
*Part. II.* sacræ Congregations Romane  
*pag. 438.* plura condidere decreta; cum enim in  
*S. Congr.* Cæsenatensi urbe Regulares quidam in  
*Rot. Rit.* quo-  
*Indulg. &c.*

quodam Ecclesiæ suæ Sacello, ubi Confraternitatis cuiusdam Sodales sua pie-  
tatis officia peragere consueverant, loco veteris novam Imaginem B. V. in Altari exponere vellent, obstatere Sodales: proposito demum hoc dubio Rota Romana die decima sexta Februarii decidit, hosce Sodales in antiqua posse fuisse acquisita non esse turbandos, præsertim si appareat quod Altare sit veluti proprium Confraternitatis ab ipsa ornatum, & sacra suppellectili instructum, & forte vetus imago sit miraculis clara, & frequenti populi concursu honorata, cum forte nova potius minuat, quam augeat Divinum cultum. Postulabatur a S. Indulg. Congregatione declarari, an Sodales Confraternitatis Ord. SS. Trinit. Redempt. Captivorum si vesti suæ crucem rubri & cærulei coloris acu intextam gestant, lucrari valeant indulgentias concessas Scapulare deferentibus, sed Congregatio respondit, negando, simulque declaravit hos Sodales nullis aliis Indulgentiis gaudere, quam in earum summario contentis.

Sacra vero Rituum Congregatio die nona Maij approbavit sequens elogium S. Fruilani Episcopi in Martyrologio Romano sub die quinta Octobris apponendum: *Legione in Hispania S. Fruilanum*

Sæc. XVIII lani ejusdem Civitatis Episcopi, Monas-  
 • A. C. 1716 vitæ propagandæ studio, beneficentia in pa-  
 peres, ceterisque virtutibus ac miracu-  
 clari. Declaratum quoque die unde-  
 cima Septembris a S. Indulgentiarum  
 Congregatione, quod si in aliqua Ec-  
 clesia jam concessæ reperiantur indul-  
 gentiæ, quæ pro fériis sextis Mensis  
 Martii concedi soient, & si nova Indul-  
 gentia concedatur sub hac clausula:  
*Volumus autem, ut si alias Christifidelibus*  
*dictam Ecclesiam qualibet Anni die visitan-*  
*tibus alia indulgentia perpetua, vel ad tem-*  
*pus nondum elapsum duratura, concessa fu-*  
*rit, præsentes literæ nullæ sint &c. In-*  
*dulgentia ultro loco sic concessa ob-*  
*dictam clausulam sit nulla.*

Annuente autem Clemente XI. S.  
 Rituum Congregatio die duodecima  
 ejusdem Mensis declaravit, quod si Fe-  
 stum Annuntiationis B. V. inciderit in  
 Feriam quintam Majoris hebdomadæ,  
 tunc præceptum audiendi Sacrum, &  
 abstinendi a servilibus non transfe-  
 tur, sed servetur in præsata Feria,  
 proin per locorum Ordinarios prospí-  
 ciatur, ut eo die plures Missæ privatæ  
 ante celebrationem Missæ Conventualis  
 pro præcepti adimplemento celebren-  
 tur, nec tamen mos communionis Cleri  
 in Missa solemni omittatur.

Adhuc.

Adhucdum circa vacantis Abbatiae <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
S. Benigni spolia servebat gravis colli- <sup>A.C. 1716.</sup>  
sio sacræ & profanæ jurisdictionis: \_\_\_\_\_  
quamvis enim Sabaudiæ Ducis Ministri *Vid. supra*  
jam anno hujus saeculi undecimo ob<sup>t.</sup> 69. l. 215.  
fructuum & jurisdictionis in hanc Ab- <sup>§. 90. p. 392.</sup>  
batiam occupationem tanquam anathe-  
mate perculsi fuissent declarati, nihilo-  
minus eosdem fructus colligere, sub-  
ditos parere renuentes ad reddendos  
proventus militum manu cogere, &  
præstatæ Abbatiae incolas variis vio-  
lentiis premere pergebant, hinc denuo  
anno priori Pontifex Joannem Paulum  
Blanciardum judicem, pluresque alios  
Ducis Ministros nominatim moneri jus-  
fit, ut Romam venientes allegarent  
caussas, propter quas Censuras ipsis  
inflictas contempserint. His vero non  
comparentibus rursus palam excommu-  
nicati fuerunt: Nuntiatum postea Pon-  
tifici, quod Joannes & Josephus Blan-  
ciardus Canonici & Ludovicus Romano  
Sacerdos coram excommunicato Judge  
Divina celebrarint, & aliis Officialis  
nomine Garellus excommunicatus sche-  
dam Ecclesiæ foribus affixam arun-  
dine submoverit, & laceratam in ter-  
ram projecerit, necnon milites Joannem  
Victoriam Alibertum Sacerdotem in  
custodiā rapuerint, ipsumque Feli-  
cianum Saudinum Fiscalem Pontifi-  
cium

Sæc. XVIII. cium in Scalís Ecclesiæ apprehensum  
A. C. 1716 ad carceres abstraxerint, necnon Pe-  
trum Dalmatium Præpositum infisit  
tribus vulneribus fædarint, ac denique  
dictæ Abbatiæ incolas, eoquod con-  
stanter de vi injuste illata protestati,  
se unice S. Sedi subjectos esse decla-  
rassent, gravissime vexarint, eapropter  
Pontifex, cum alia vim retundendi me-  
dia ei non suppeterent, primo hosce  
Sacerdotes cum Blanciardo communi-  
cantes, & satellites immunitatem Ec-  
clesiasticam violantes, Præpositumque  
vulnerantes denuo pro excommunica-  
tis vitandis esse habendos pronuntia-  
vit: pari etiam severitate animadvertis-  
it in eos, qui terras & præfatæ Abbatiae  
proventus a laicis Ministris condue-  
rant. Successerat Blanciardo Victorius  
Trona Taurinensis, qui temporem in  
prædictæ Abbatiae locis jurisdictionem  
exercuit, Antonius vero Bontempo  
ejusdem Fiscalis cum suis satellitibus  
Joannem Avenatum multis vulneribus  
faucium, atque ad Ecclesiam profugum  
insecutus, januas Ecclesiæ obsedit us-  
que ad tertium diem, quo Avenatus  
ex vulneribus in Ecclesia decessit: In-  
super præfatus Victorius Trona Comi-  
tem Valpergam e ditione Sabaudica  
exulem cum armatis militibus in Eccle-  
sia Parochiali invasit, & per vim aperto

Sacra-

Sacrarii, quo Comes sese receperat, sæc. XVIII.  
 ostio Guglianetrum ibi adstantem, qui A.C. 1716.  
 de militum adventu Comitem monuit,  
 ab immuni loco expulit, & Comiti  
 præcepit, ut ultiro ex hoc loco disce-  
 deret, secus violenter inde extrahen-  
 dus. His ad Papam relatis, idem Vi-  
 ctorum, Avenatum ceterosque hujus  
 violentiæ complices anno hujus sæculi  
 decimo nono die decima septima Maij  
 excommunicatos declaravit, eosque in  
 eventum mortis Sepultura Ecclesiastica  
 privari jussit. Pervenerat etiam ad au-  
 res Pontificis, quod in Hispaniæ Re-  
 gnis & alibi quidam pro caussis civili-  
 bus & criminalibus carcerati, ut justi-  
 tiæ rigorem eluderent, falso etiam cum  
 perjurio allegarint, se ex locis immuni-  
 bus dolose fuisse extractos, hinc S. Con-  
 gregatio Concilii die quinto Octobris  
 decrevit, ut per locorum Ordinarios  
 promulgetur, quatenus omnes, qui ad  
 Ecclesias confugient, si immunitatis  
 beneficio gaudere velint, ibidem per-  
 maneant, nec se ullo prætextu inde e-  
 duci sinant, secus si extra illas depre-  
 hendantur, non eis proderit allegare,  
 quod suasionibus, vel dolo aut fraude  
 fuissent abducti.

## §. LXXV.